EPIGRAMMA

Vincentij Slaualati Raguſini, Philoſophi, ac Iuriſconſulti,

Lopo de Vega Carpio, Hiſpanicæ Camœnæ facilè Principi, ſacrum.

Si tu modulos fera, Lope, tuos tigris vlla videret,
Protinus in modulos ſolueret ora tigris:
Siue tuos cantus audirent ſaxa, repentè
Ad cantus fierent muſica ſaxa tuos.
Lope quid hoc monſtri eſt? ſiſtunt cita flumina curſus
Saxa animas, ſiluas tras, rapis atque feras,
Dumq; tuos ſpectant orcheſtris tecta cothurnos,
Viue ſonant, noſtri gloria, Lope ſoli.
Magnum equidẽ hoc opus eſt; homines mãſueſcere maius
Id tamen Hiſpani ſit quoque Vatis onus.
Orphea te Tellus, te cenſet Ariona Nereus:
At ſi te audierint ſidera? Numen eris.

Ad Licentiatum Ironiam de Conculcabis Pſeudopoëtam clariſs.

Zoyle quàm vano vibras tua ſpicula nixu,
Cùm Phœnix nulla morte perire queat.
Nata fuit Lopio Muſarum ſacra Poëſis,
Illa perire poteſt, iſte perire nequit.